



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imago saeculi XVII. ad annum huius saeculi X. producta

Neuhusii Paderbornae, 1710

Annus 1661.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29436

Venetis contra Turcas, infeliciter ab iis tentata Canea, Nigropons, & Cythera ; cæsi insuper & fugati ad Candiam.

Ragozius in pugna ad Hermanstadium quatuor lethalibus plagiis sauciatus Varadini moritur, Varadinum à Turcis occupatur.

Moſchi ſemel iterumque à Polonis gravifimè cæsi ad petendam pacem adiguntur, quam tamen impetrare nequeunt.

Moritur Carolus Gustavus Rex Sueciæ. Christina fruſtra ab Ordinibus ad repetenda gubernacula regni, & ejurandam fidem Catholicam invitatur.

Novis tremit motibus Calabria ; Vesuvius flamas, lapides ignitos, & cineres evomit.

ANNUUS 1661.

Romæ Alexander VII. ad pias preces Regis Catholici peculiarem constitutionem edit in favorem propugnantium Dei parentem in primo conceptionis instanti à labe origiuis præservatam, pñnasq; fulminat in eos, qui ſententiam tam piam quoquo modo vellicare auſint.

Rex Angliæ coronatur Westmonasterii mense Mayo ; firmat nuptias cum Catharina ſorore Regis Lusitaniæ indignante & fremente

fremento Hispano : Permissi Catharinæ ad obsequia iο Religiosi, decretumque , tol-
lenda Elisabetbæ edicta contra Catholicos,
& permittendam libertatem religionis. Ve-
titus ab eodem, si vera scribit Ricciolus Ita-
lus, esus carnis feria 6, & 7. Iancitum etiam
jejunium Quadragesimæ ; Jesuitæ tamen
Parlamenti edicto toto regno exulare jussi:
In Scotia mense Junio quidam nobiles læ-
sa Majestatis rei suppicio ultimo affecti.

Dux Montecuculius missus subsidio la-
boranti Janosio Kiminio Principi Transyl-
vaniæ contra Turcas, eorumque Clientem
Abaffium invasorem Transylvaniæ , pugnâ
comissâ ad Cambrium eosdem cum Tarta-
ris grandi clade prosternit. 1500. partim
in captivitatem abstracta. Aucta Turcarum
clades in Boſnia à Comite Nicelao Zrinio
Hungaro, viro forti & bellico nec nihil pas-
si sunt à Venetis, qui juncti Melitensibus in
portu Insulæ Chii 33. triremes Turcicas oc-
ciso Bassa Mazzamamâ in cineres redege-
runt.

Moschi hoc anno pene cladibus consum-
pti, hinc à Tartaris, illinc à Polonis, in quo-
rum potestate rediit Vilna.

Regi Hispaniarum natus est Infans di-

ctus

Etus postea Carolus II. Regi Franciæ Delphinius; si per fata liceat, dicendus, Ludovicus XV. Parisiis atrox incendium aspectu sanctissimæ Eucharistiaæ derepente reprimitur.

Rex Daniæ suppressa authoritatè Nobilium potestate illimitatam in regno exercere incipit.

ANNUS 1662.

Romæ gravis exorta dissensio inter Pontificios, & Ducem Crequium Regis Christianissimi legatum ob occisum à milite Corso Bertoum famulum Ducissæ Crequianæ. Crequius plenus ira & minis discessit Roma. Pontificius vicissim legatus remissus ex Francia 30 stipatus militibus ad pontem usque Bellovacensem.

Frustrà tentatur compositio rei Transylvaniæ & pacis claudicantis inter Cæsarem & Turcas instauratio. Unde illico à Turcis Claudiopolis cincta obsidio, quod tamen brevi cum magna clade Turcarum à Cæsarialis sublatum.

Comites Zrinii Nicolaus & Petrus pergunt esse infesti Turcis, excitato in hunc finem novo fortalitio quod dictum Zrinwrium.

F

In